



Universiteit
Leiden
The Netherlands

Logicarum disputationum quarta de postpraedicamentis

Groot, Hugo De

Citation

Groot, H. D. (1918, January 1). *Logicarum disputationum quarta de postpraedicamentis*. Thomas Basson, Leiden. Retrieved from <https://hdl.handle.net/1887/4549>

Version: Corrected Publisher's Version

License: [Licence agreement concerning inclusion of doctoral thesis in the Institutional Repository of the University of Leiden](#)

Downloaded from: <https://hdl.handle.net/1887/4549>

Note: To cite this publication please use the final published version (if applicable).

LOGICARVM DISPVATIONVM
QVARTA
DE
POSTPRÆDICAMENTIS,
QVAM


Annente numine, consensu & decreto

Doctissimi ordinis Philosophicæ facultatis, sub præsidio, au-
spicijsque eruditissimi vndequaque viri

D. ANTONI TRVETI Philosophiæ professoris
dignissimi in celeberrimâ Academiâ Lugduno-Batavâ
Defendere annitar

HVGEIANVS GROTIVS Delphensis.
vi. Kalendas Maias

In Auditorio Philosophico horâ solitâ.



LVGD. BAT.
Ex officinâ Thomæ Basson.

cl. l. xcvii.



LOGICARUM INSTITUTIONVM

QVARTA

DE

POSTPRAEDICAMENTIS *Viro integerrimo*

D. PHOEBO PAVLINO

SCHONOVIO

primo mihi apud Delphenis Praeceptoris

SEMPER COLENDO,

HASCE,

DE POSTPRAEDICAMENTIS,

THESES

In debita observantia perpetuum testimonium,

D. D. D.

L. M.

2.

Respondens

HUGEIANVS GROTIVS Delphensis.

LAGD. BAT.

Ex officina Thomae Barlow.

ch. b. xviii.

POSTPRÆDICAMENTIS.

THESIS I.

INijs quæ Græci *μετὰ τὰς κατηγορίας* & Latini recentiores Postprædicamenta vocarunt, Philosophus rebus in Categorijs digestis, primum tres adiungit proprietates, atq; affectiones: nempe, opponi, prius, & simul esse; hinc motuum seriem; atque tertio significaciones verbi habere.

II.

Opponi vnum alteri dicitur quadrifariam: nempe vel vt relatum, vel vt contrarium, vel vt habitus privationi, vel vt affirmatio negationi. Hæc omnia in diversa tanquam in summum genus referimus. Diversa enim vel reipsa, vel solâ ratione differunt. si reipsa, jam vocantur repugnantia: eaque vel sunt disparata, si nimirû nullâ certâ lege pugnet, vel opposita, si ita inter se pugnent, ut neutrum eorum cuiquam tertio eodem repugnandi modo æquè vel magis repugnet.

Horum ut relata opponuntur, quæ ea ipsa, quæ sunt, oppositorum esse dicuntur, vel alio quopiam modo ad ea. vt duplū & dimidium: vt contraria verò quæ sub eodem genere maxime distant, cuius eidem vicissim inesse possunt, à quo se mutuo expellūt, nisi alterum insit à naturâ. ut par, & impar.

IV.

Horum alia medium habent, ut album, & nigrum, inter quæ flavū medium est, alia non habēt, vt sanum, & ægrum. Erunt autē huiusmodi, si necesse sit horum alterum ijs inesse, in quibus naturâ apta sunt fieri, aut quibus attribuūtur. Ad alterum genus pertinebunt, si non necesse sit alterum ijs inesse. ut iustitia, & iniustitia. Nam & si medium nomine exprimere non liceat, medium tamen est, quod neq; iustum, neq; iniustum est.

V.

Vt privantia opponuntur, quæ versantur circa quippiam idem ordine incommutabili. ut visus & cæcitas. Vt contradicentia autem quorum per se medium nullū est. vt sedere, & non sedere.

federe. Horum ea est conditio, ut de quavis re
singulari, alterum verè affirmari, & alterum
verè negari necesse sit.

VI.

Contrarijs autem hæc accidūt, vt boni con-
trarium necessariò sit malum; malo autem &
bonum, & malum aduerferet. Horū si vnum
sit reliquum esse non oportet. Neq; hæc eidem
simul inesse contingit. Versantur autem om-
nia circa idē specie, aut genere. Et vel in eodem
sunt genere, vel in contrarijs, vel ipsa esse gene-
ra necesse est.

VII.

Prius maximè proprie alterum altero dicitur
quod tempore antecedit: Hinc naturâ, id quod
non recipitur existendi consecutione: Ter-
tio, quod ordine a nobis accepto antecedit:
Quartò, quod dignitate præcedit: Quintò cau-
salitate, quomodo etiam eorum quæ recipi-
antur existendi cōsecutione, id prius est, quod
quomodocunq; causa est, vt sit alterum.

II X.

Simul proprie dicuntur quorum generatio
est

est in eodem tempore: Secundò quæ recipro-
cantur quidem existendi consecutione; sed nullo
modo alterum est alteri causa, cur sit: Tertio
species, quæ ex aduerso idem genus dividunt.

ix.
Motus, qui ad nullam Categoriã pertinet,
his tanquam appendix adiectus est. Huius sex
sunt species: Ortus, interitus, accretio, decretio,
alteratio, & secundum locum mutatio.

x.
Motui simpliciter quies cõtraria est. atq; sin-
guli motus singulis aduersantur; vt ortus inte-
ritui, accretio decretioni, motui sursum motus
deorsu, & in qualitate calefactio frigectioni,
Itemq; quies in qualitate contraria ei ad quam
fit mutatio.

xi.
Verbum habere tanquam auxiliare attribu-
tionibusq; subseruiens adiunctum est. Nam
quæ recto casu per verbum est de se mutuo af-
firmat.

firmari nequeunt, huius adminiculo per obliquum attribuuntur. Vt homini habere sciētiam, magnitudinem, annulum, manum, agrū, vxorem, & continenti habere contentum.

XII.

Aptè autem huius verbi varia significata distinguuntur; ne semper in unā aliquam categoriam habendi verbum velimus revocare: Illud enim pro casu adiuncto significationem mutat, non aliter quàm verbum est pro varietate attributi materialis. Nam in hac oratione Faber est secans idem valere vult Philosophus secans, & verbum est.

F I N I S.

